Ioãnis Boſchæi Neu-STRII δικαιογραμμίας, LIBRI ſeptem.

EIVSDEM DE NVMERO-rum arte & ſeptenarii numeri dignitate ac ratione diuiſionis Pandectarum in ſeptem partes à Iuſtiniano factæ.

PARISIIS,
Apud Iacobum Keruer, ſub duobus Gallis, in via Iacobea

1539.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Double du Priuilege.

SVpplie humblement Iacques Keruer libraire Iure en luniuerſite de Paris Quil vous plaiſe luy permectre Imprimer & védre vng petit liure en droict nouuellement compoſe, intitule: Ioannis Boſchæi Neuſtrii διμαιογαμίας libri ſeptem: Et deffenſes eſtre faictes a tous autres libraires: Imprimeurs: & autres perſonnes quelz conques de nen imprimer: vendre: ne diſtribuer autres que ceulx que ledict Keruer aura faict imprimer: iuſques a troys ans prochainement venans a compter du iour & datte que ledict liure ſera acheue dimprimer: ſur peine de confiſcation des liures quilz auroyent imprimez & vendus: & damende arbitraire: Affin que ledict ſuppliant ſe puiſſe rembourſer des fraiz & miſes quil luy a conuenu & conuiendra faire: tant pour la coppie & correction, que impreſsion dudict liure.

Il eſt permis audict ſuppliant faire imprimer & vendre ledict liure: Et deffenſes a tous autres iuſques a troys ans prochainement venans ſur peine de confiſcation deſdictz liures & amende arbitraire: Faict le xix. iour de May M. D. XXXIX.

I. I. De Meſmes.

Ioãnis Boſchæi Neustrii DE NVMERORVM NATVRA,

& Septenarii numeri dignitate, ac ratione diuiſionis Pandectarum, in ſeptem partes à Iuſtiniano factæ.

POST vniuerſæ ferè Italiæ cum maximo labore factam peregrinationẽ, quam multis iam abhinc annis in ſtudio Pictonico vouerám complere, Viſum eſt mihi inter ipſius Italiæ ciuitates vnam veluti commodiſſimam ſedẽ eligere, vt tãdem animus, qui ob nimios & non conſuetos corporis labores valde opprimebatur, quieſcendo vires reſumeret. Cum itaque in Academia Patauinẽſi, per aliquot dies ſeceſſum feciſſem, illicq; viros in iure peritiſsimos profeſſores libentiſſime audiſſem, inter diuerſæ farinæ σιναοχάλυς quidã obrepſit rumor, ſeu potius tumultus, ob vnius cuiuſdam rectoris vltramontani bellicam electionem, cuius ergò etiam ocio literarum dediti, maiorem anni partem non Muſis, ſed Marti operam dare coguntur, vt mirum ſit, qua de cauſa iſti magnifici Veneti, tantam literarum cladem tandiu vigere patiantur. Ab iſta igitur diſsidiorum turba ſeparari cupiens, exiſtimanſq; abeſſe quàm præeſſe ſatius fore, viſa prius Venetiarum Republica, Bononiam opulentiſſ. ac clariſſ. ciuitatem adii: in qua poſtquam domicilium pro commoditate qua potui, habere licuit, maxima ſpes & deſyderium, diis ita fauentibus, quibus maximas ago gratias, occurrit. Nam primos literarum viros videre, inter mea optata vota ſemper fuit: cuius rei cauſa, neque penuriæ caſus, neque amicorum abſentia, neque bellorum pericula deterruerunt, quominus ad ſimilitudinem mercatorum, qui vſque ad longinquas partes, vt inde aliquid lucri ex noua aut rara mercatura referant, cũ maximo periculo nauigãt: ita ego neglecto patriæ amore, contemptáq; parentum affectione, ad diuerſas regiones, ac tandem ad hãc bonam Bononiæ ciuitatem cõuolauerim. Nec me ſpes fefellit, in ea enim ſtudiorum matre, vt adpellant, ſtudiorum patrem inueni, qui Solonis leges à Gotthorũ deplorando exercitu captas, abruptas, diſſectaſque, ac in diuerſas partes diuiſas, in integrum iure quaſi poſtliminii reſtituit. Cuius

Ioannes Boſchœus

NEVSTRIVS ANTONIO FEREIO IVRIS PROLYTAE .S.

CVm noſtrę peregrinationis fueris particeps mi Antoni, ac cuiuſdā quaſi negociationis mecū ſocietatem contraxeris, æquum videtur te quęſtus & damni partem recipere. Non enim talem ſocietatem coiri poſſe refert Ariſto, vt alter lucrum tantum, alter damnum tantum ſentiat: & hanc ſocietatem leoninam ſolitum eſt appellare: cum iniquiſſimum ſit genus ſocietatis, ex qua quis lucrum nō & damnum expectat. Cum itaque ex noſtra negociatione, Italiæq́ue peregrinatione quaſdā merces nuptiales collegerimus, ſi quod ex eis commodum acceſſerit, Illud erit commune: Si vero poſtquam in emporiis publicis propoſitę fuerint hę noſtrę merces, ab aliquibus calumniatoribus damnum patiantur, tanquam ſocius damni particeps eris. Damni ergo partem dimidiam cum debeas agnoſcere, cura diligenter aduerſus quoſcunque noſtras merces pro animi tui ſolertia defendere. Vale.